Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26121
Copyright: Admont, Benediktinerstift



81

habere dicit est. Hoc qq; quale sit considerem. Videt enim nobis tanquam aurum enos.
quia prudentia di nomen secure desideraunt. Enoch autem translatus est. Iam morte non uidit.
carbunculus quidem est lapis boni odoris. quem opibus suis sancti enoch cum domo detulit.
gratiam quandam facius et moribus spirans. Hoc autem tanquam psinthi lapis. uitalem colo
rem protulit. Siquidem diluuii tempore solus uelut affiturus constitutionis uitale
semen in illa archa esse reseruat. Ergo bene paradysus quibus pluribus fluminibus
irrigatur secundum orientem esse non contra orientem. hoc est secundum illum orientem cui no
men est oriens. i. secundum xpm. quibus quidem aqueque lucis effudit. et est in medio hoc
est in uoluptate. Et apprehendit dns hominem quem fecit. Iam posuit eum in para
dyso operari. Iam custodire. Videes quo quia erat apprehendere. Erat autem intra plas
mationis suae. Apprehendit quoque eum uirtus dei spirans processus et incrementa
uirtutis. Denique in paradyso eum collocauit. ut scilicet apprehensum quasi af
flatum diuina esse uirtute. Quo loci illud aduerte. quia extra paradysum
uir factus est. mulier intra paradysum. ut aduertas quia non loci non generis no
bilitate. sed uirtute unusquisque gratiam sibi comparat. Denique extra paradysum
factus. hoc est in inferiore loco uir melior inuenitur. et illa quae in melio
ri loco hoc est in paradyso facta est inferior reperitur. Mulier enim prior
decepta est. Iam uirum ipsa decepit. Unde apls petrus subiectas fortiori
uasi mulieres sancas uiris suis uelut dnus obedire memorauit. Deinde
etiendum quia nemo debet sic facile presumere. Ha ecce illa quae in adiumentum
facta est uiro. presidio uiri indiget quia uir caput est mulieris. ille autem quia
adiumentum uiroris habiturum se esse credebat. lapsus est per uxorem. Vnde ne
mo debet facile alteri credere. nisi cui uirtutem probauerit. nec arro
gare sibi quisque paululo putauerit ascitum. sed magis. Iam si inuenerit
fortiorem cui se putabat esse presidium ab ipso gratiam mutuetur. sicut Iui
ros mulieribus honorem impertiri apls precipit petrus dicens. Viri similiter
cohabitantes secundum scientiam tanquam infirmiori uasi mulieri impe
rientes honorem tanquam coheredi gratiae uitae. ut ne impediantur orati
ones uiae. Ergo posita est in paradyso uir. facta est in paradyso mulier.
Sed etiam tempus quam a serpente mulier decipere habuit uiri gratiam. quo